





1710.

1. Brennerus, Philippus Ludovicus: *Hdg. Caesaris et I. imperis Romanorum humanisq; horumque resalii... duis Hispanis ... pura i*n* constitutus Comitatu*m*um.*
2. Gramm, Michael: *O*c* resurrecto bonorum, libere*m* testandi facultatis prae*s*ervatione.*

3<sup>117</sup> Schröder, Gabriel: *O*c* signoribus impostoribus  
et regnorum europeo*m* revolutionibus et mutatio*n*ibus,  
quae per clausum seculum XVIII et paucos  
post eius plures europeo*m* regni*m* contingere.*

1711.

1. Harpprechtus, Ferdinandus Christph: *O*c* regressu*m* ad  
bona, ab iustitia prae*p*rius fit*m*ibus remissa*m* Ta,  
etiam in eam stemmati*m* prae*p*otius collati*m*, nec, sed  
solum apparenter procedens.*

1712.

1. Harpprechtus, Ferdinandus Christph: *O*c*ceptori  
sibi coniugis, sed coacti, testamenti i*l*iberatione*

2<sup>118</sup> Mayers, Iacobus Theophilus: *O*c*missione*m* in bonorum  
possessionem ex priuis et secundis decreto.*

1712

3. Roelofsen, Joh. Berhardus: De obligacione regis ad  
distribuendos pauperes.

7. Schröderus, Gabriel: De electio Imperatoris amborum  
electoratum personarum eligendae.

1713.

1. Gramus, Michael: De jure taxationis jurisdictionis

2. Heijpprecht, Ferdinandus Christoffel: De reuolitione et creden-  
tiam cum propositione de cunctis principiis iuris

3. Heijpprecht, Ferdinandus Christoffel: De licentia emphy-  
teria, itemque fundacione aliam aucti, in ipsa persona  
investitura absolute concessa.

4. Heijpprecht, Stephanus Christ: De revolutione - appropria-  
tione et abrogatione Imperatorum.

5. a. b. c. Taegens, Joh. Wolfgang: De concentratis 3. Saal.

6. Schröderus, Gabriel: De felonie clavis.

7. Schröderus, Gabriel: De obigatione Imperatoris  
reservatis.

*meus*  
*en.*  
*hy.*  
*gaz.*  
*ll.*  
*ris*

1  
2





AUGUSTI  
CÆSARIS,  
S. IMP.

AD LITERATUM  
ARTINER REGI  
IURA  
COMACTIUM

In Illustri Collegio Tbinge publicam Ju-  
num Professionem auxiliatur,  
Solemniter discit.

KRISTOFFO LUDOVICO RICCI  
EXALVATORE ROMANORVM EXCA-

APOLLO IN COTTAM

AU  
&

I  
P.  
m.

IN  
C

In III

PHI  
Seren

9

DISPUTATIO  
INAUGURALIS 1712, 2<sup>a</sup>  
DE  
**MISSIONE** 7  
IN  
BONORUM POSSESSIONEM  
EX  
PRIMO ET SECUNDO DECRETO.  
*Germanice.*

Vom  
Einsatz aus Erster und Anderer Erfahrung.  
Occasione lib. 2. Decret. Tit. 15.

QUAM

EX

**DECRETO & AUTHORITYATE**

*AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ.*

PRÆSIDE

*DOMINO*

**ERNESTO THEOPHILO MAJERO,**  
U. J. D. J. CAN. P. P. O. & CONSILIARIO  
WURTEMBERGICO,  
PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTRQ; QUE JURE HONORES & PRIVILEGIA  
LEGITIME CAPESSENDI

Die Mart. M DCC XII.

*In Aula Nova*

*Publicè & solemniter defendet*

**FRIDERICUS JACOBUS WIDT**, Montisbeligardenfis.

TUBINGÆ, Typis Videri GEORG - HENRICI REISL.



DIPATRITIO  
MUNICIPALIA  
MISSIOINE  
IN PROSESSIONEM  
CIVITATIS  
ET TERRITORIUM  
SACRAE ROMANAE  
IMPONENDA  
AD ALIUS CIVICUS  
TERRITORIUM  
SACRAE ROMANAE  
IMPONENDA



## PRÆFATIO.

**R**Ei Contumaciam non  
solum in sua persona, sed  
etiam in rebus variè coēr-  
ceri in propatulo est, dum  
in iis patitur, vel multæ  
indictionem, *L. Un. ff.*  
*si quis jus dicenti non obtemperaverit, vel*  
*jurejurando in litem coēcetur, l. 68. de R.*  
*Vind. l. 5. & 8. de in lit. jur. aut litis da-*  
*mno, l. 53. de re judic. aut Sequestratione*  
*possessionis & fructuum. c. 2. de dolo & contu-*  
*macia. Cap. I. & fin. X. de seq. possess. aut captu-*  
*râ pignorum juxta §. 3. Inst. de satudat tutor. &c.*

A 2

quo

quoad hastamen poenas, quibus res contumacis subjacent, facile sibi primum locum vindicat Missio in bonorum possessionem ex 1.  
& 2do decreto, qua Prætor actori ante litis contestationem contrâ Reum in non veniendo contumacem, succurrit. t. t. ff. ex quibus caus. in poss. ear. junct. tit. J. Can. extr. ut lite non contest. Exantlatis igitur examinibus consuetis concessaque ab Amplissima Facultate Juridica, facultate disputandi, pro summis in utroque jure honoribus & privilegiis legitimè capessendis, non potui sine publico specimine edito Musis Almæ hujus Eberhardinæ valedicere. Placuit itaque missa aliâ juris materiâ, hanc de Missione ex 1. & 2do decreto, cœn in praxi, in primis in hoc Ducatu Würtembergico adhuc frequentissimam & perquam necessariam feligere, eandemque Inauguralis Disputationis nomine exhibere:

*Annue Tu cæptis Christe benigne meis.*

CVM



CUM DEO.

THES. I.



Cturus itaque de Missione in <sup>Definitio.</sup>  
bonorum Possessionem ex primo  
& secundo Decreto, primitus non-  
nulla, patita tamen, de Etymolo-  
gia, & Homonymia præmitten-  
da sunt. Est autem, quod attinet <sup>Nomina.</sup>  
missionis nomen, illud verbale <sup>lis.</sup>  
descendens à verbo mitto, vid. Tabor in nos. ad Coll. J. 10.  
rid. Argentoratense, ad iiii. quibus ex eaus. in poss. eas. n. ii.  
Ubi, quod aliquando significet rem aliquam vel etiam  
Personam, ab uno loco ad unum transferre vel am-  
andare, notat. ex l. 12. §. 1. ff. de re milit. l. 4. §. f. de legationib.  
l. 32. ff. de donar. & quod quandoquā etiam idem sit,  
quod remittere, ut in l. 12. de his qui us indign. aufer. Fre-  
quentius tamen hæc vox conjungitur cum verbo pos-  
sessionis, ut dicamus mittere in possessionem laud. Tabor  
e. l. Vinn. in sel. quest. lib. 2. quaest. 30. Possessio autem unde  
descendat, & quām variè accipiatur, hac vice addu-  
cere supersedemus: de quo tamen vid. l. 1. pr. & §. 3.  
l. 18 pr. de acquir. vel amitt. possess. junctā l. 11. C. de prestatib. mi-  
nor. & Coll. J. A. de acquir. vel amitt. possess. cum nos. Tabor.  
Vid. Lexic. Eiym. vac. possidere. hic denotat vel undam de-  
tentioinem, vel veram possessionem.

Bona autem unde dēducantur & quām variè ac-  
cipiantur constat ex se, vid. l. 49. de P. S. in quo autem

seni nostræ sint considerationis, ut & quid vox pri-  
mi & secundi sibi velit, sequentia aperient, vid. ta-  
men etiam *Myllerus ad Struv. ad tit. π. ex quib. caus. in poss.*  
*eat. Thes. 38.*

Realis.

1.  
Missionis  
ex primo  
decreto.

2.  
Missionis  
ex secun-  
do decre-  
to.

**P**ergimus potius ad ipsam definitionem realem :  
nostro autem judicio, quod attinet primò mis-  
sionem ex primo decreto. Ea commodissimè ita  
definiri poterit, quod sit inductio actoris in bona rei  
ante litem contestatam contumacis , prævio de-  
creto & jussu Magistratus competentis , per appari-  
tores facta, ut Actor unà cum reo ea custodiat, &  
pignoris vice detineat , donec hic veniat responsu-  
rus. *l. 2. ex quib. caus. in poss. eat. vid. Hahn. tract. de ju-*  
*re rer. c. 6. n. 5. Wesenb. ad tit. de dann. infect. n. 6. ibid. Hahn.*  
Missio verò in bonorum possessionem ex secundo de-  
creto, est collatio verae possessionis bonorum rei, in  
dicta contumacia perseverantis , à Magistratu com-  
petente altero ipsius decreto actori , qui jam ante ex  
primo decreto in possessionem missus est, facta. Ut sic  
aliud sit in possessionem mittere, quod est primi de-  
creti , aliud possidere jubere , quod est secundi de-  
creti, *Hahn. ad Wesenb. dict. tit. Verb. primum decretum*, quæ  
ipsa confundere velle ineptissimum esset. *add. Brunnum.*  
*in repetit. parat. Wesenb. ad tit. de dann. infect. qu. 14. & seqq.*

Quid verò actori, ut primum decretum obti-  
neat , attendendum sit ? tradit Ludov. Bologninus  
Repet. *l. si finita. §. juliam. ff. de dann. infect. n. 71.*

THES. III.

Causa Ef-  
ficiens re-  
mota utri-  
**C**Ausa Efficiens remota utriusque missionis est  
jus. *l. 2. princ. l. 7. §. 1. ff. quib. ex caus. in poss. eat. cap.*  
*ult. §. in aliis. x. ut lis. non contest. cap. 2. cap. pen. x.*  
*de dolo, Propinqua verò Magistratus Competens. l. 2.*  
*Ley.*

Leg. 3. §. ult. de acquir. vel amitt. poss. cap. i. b. t. & mis- usq; mis-  
sionis quidem ex secundo decreto is ipse, qui jam sionis &  
antea actorem in possessionem custodiae causa misit, propin-  
argum. d. c. i. b. t. c. ult. §. ult. x. ut licet non contreb. cap. qua.

pen. supr. de dol. & consum. l. 7. §. 1. quib. ex caus. in poss. eat.  
dicitur autem hic competens qui jurisdictionem im-  
periosum sive eminentiorem, utpote, quo hujus-  
modi missio spectat, habet. l. 4. de jurisd. l. 26. pr.  
& §. 1. ff. ad municip. d. l. 3. §. fin. de acquir. vel amitt. poss.  
l. 2. pr. l. 7. §. 1. quib. ex caus. in poss. eat. qualis est Prætor  
aliusve Magistratus major, ut Consul, Praeses, l. 12. pr.  
dereb. aut. judic. possid. l. 27. eod. l. 1. §. 9. quod legat. & insu-  
per in cuius territorio bona contumacis rei sunt si-  
ta, ad immisionem enim procedi non potestratio-  
ne bonorum, quæ extra Territorium existunt d.  
l. 12. §. 1. ff. de reb. aut. judic. possid. vid. l. ult. ff. de jurisd.  
Besold. ad lit. 9. J. P. W. part. 1. iii. 13. Thes. B. Dn. Bur-  
dili cit. Exer. 20. Conclus. 10. Coll. Jurid. Arg. ad tit. de reb. aut.  
jud. possid. n. 2. Müller ad Struv. Tit. quib. ex caus. in poss. eat.  
Thes. 28. unde per se liquet, Judices olim pedaneos,  
utpote in quibus tantum erat notio in specie sic  
dicta, l. 2. & 20. sit. Cod. de pedan. judic. Vinn. tract. de ju-  
rid. c. 5. n. 1. & Magistratus municipales, penes  
quos jure civili saltem erat jurisdictione vulgaris, seu  
inferior sine imperio & potestate, in hujusmodi  
possessionem immittere haud potuisse, d. l. 26. & l.  
2. pr. ad municip. vid. l. 4. ff. de jurisd. l. 32. de Minor. Coll.  
Jurid. Arg. d. l. frustra dissentiente Wesenb. ibid. n. 5.  
Hahn. in observat. ad Wesenb. ff. quib. ex caus. in poss. eat. n. 3.  
quod tamen hodie quoad bassam, ut vocant, seu  
inferiorem jurisdictionem habentes, secus esse con-  
stat. competit & haec potestas in possessionem bo-  
norum mittendi, illi, cui haec jurisdictione mandata est,

l. 4.

pri-  
ta-  
poss.

em:  
mis-  
è ita  
rei  
de-  
pari-  
, &  
insu-  
e ju-  
ahn.  
de-  
, in  
om-  
e ex  
t sic  
de-  
de-  
qua-  
num-  
egg.  
bt-  
nus

est  
cap.  
x.  
l. 2.  
Leg.

l. 4. §. 1. de offic. ej. cui. mand. est jurisd. vid. C. 9. A. d. l. Schröter  
de immis. judic. Thes. 7. Brunnem. in Reputis. Parasit. b. t. qu. 3.

## THES. IV.

**C**Ausa impulsiva interna missionis ex primo decreto, est contumacia rei vera, ante litis contestationem cap. 2. x. de dol. & contum. si scil. nec ipse, nec defensor, pro illo compareat. d. Leg. 2. pr. & §. seqq. ff. ex quib. caus. in poss. eat. cap. ult. b. t. Coll. Jurid. Argentor. ad Tit. ff. quib. ex caus. in possess. eat. n. 2. ut autem constet neminem existere defensorem, interpellandi sunt ii o-  
mnes, quos probabile est defensioni rei non defu-  
turos, idquè testatione complectendum, ut Ma-  
gistratui fidei fiat. l. 5. §. 1. Vinn. in Jpr. Contr. lib. 4. c. 3.  
**Causa im-** p. 672. Conf. Maranta de pact. 6. membr. 9. de circ. n. 105. & se p. 10.  
pulsiva in- Missionis verò ex secundo decreto est contumacia  
terna mis- fraudulosa, & per tempus aliquod postmissionem ex  
sionis ex primo decreto ante item adhuc contestatam, con-  
tinuata. d. l. 7. §. 1. & 2. ff. ex quib. caus. in poss. eat. quod  
intervalum in actione reali de jure Civili est annu-  
um. Arg. l. 8. §. 3. Cod. de prescript. 30. vel 40. ann. in per-  
sonali verò, cum id nullibi definitur, sed in gene-  
re tantum tempus requiratur in l. 9. Cod. de Bow. art.  
Judic. possid. l. 15. §. 21. de damn. infest. arbitrarium. arg. l.  
1. §. 2. de jur. delib. jure tamén Canonico tam quoad  
personales, quam quoad reales actiones, annus ad  
hoc est concessus. B. Lauterb. ad J. P. W. d. l. ib. 23. ubi  
hoc moribus quoque observari monet, & in no-  
stro Ducatu in part. 1. tit. 13. §. two aber solches. ita,  
ut hoc jure post annum ab immissione computa-  
tum, aut etiam si Judici videatur, justa causa ante  
illud tempus, tam in personali quam reali actione  
per-

3.  
oster  
de-  
n-  
te-  
ip-  
se,  
seq-  
or, ad  
tne-  
ii o-  
defu-  
Ma-  
e. c. 3.  
7 se pa-  
nacia  
em ex-  
con-  
quod  
annu-  
n per-  
gene-  
. auct.  
. arg. L  
quo ad  
nus ad  
23, ubi  
in no-  
23, ita-  
nputa-  
fa ante  
actione-  
per  
perveniri possit ad secundum decretum. *vid. laud. B.*  
*Lauerb. d. l. struv. adff. h. iiii. quib. excans. in poss. eat. num. 13.*  
Contumacia autem ob quam Missio fit ex primo & secundo decreto, ut vera sit, requiritur, ut nempe reus jussus judicis notitiam certò habeat, contumacia etiam à parte adversa accusata, *vid. l. 68. cum seqq. de Iudic. eaque à judge pro vera declarata; citatio-nes item legitimè insinuatæ, ac desuper nuncii relatio actis inferta fuerit. B. Grav. in posit. nonnull. de hac mater. th. 16. vid. & Mev. Part. 6. dec. 41. & Dn. Pres. dis-sert. de Contum. th. 16. & seqq. in prim. 21.*

## THES. V.

**E**xterna utriusque Missionis est petitio actoris Externa  
Imploratio scil. nobilis officii Judicis, cùm is utriusque  
regulariter non nisi imploratus officium fa-Missionis  
ciat *arg. l. 4. S. 8. de damn. infel. laud. B. Grav. diff. de offic. judge. nob. zh. 19. pag. 26. add. B. Antecess. D. Bardili d. Exere. 20. Conclus. 11.* Instrumentalis Missionis ex 1. de-  
creto sunt apparitores, per quos actor in possessio-Instru-  
nem bonorum mittitur. *Wesentl. in part. St. 17.*

## THES. VI.

**S**ubjectum activum, seu persona quæ in posses-Subj. A-  
sionem mittitur, in utraque Missione, est A-ctiv. utri-  
ctor seu Creditor, cui ex qualicunque causa a-usque  
liquid debetur *vid. l. 10. de Verb. Signif. d. l. 12. pr. b. 1. unde*  
removetur qui Creditor non est, *vid. ll dd. Coll. J. A.*  
*de reb. auct. Judic. possid. num. 3. & ex secundo quidem*  
decreto, qui jam ante in bona custodiæ causa mis-  
sus est, sive agat ex jure ad rem, sive ex jure in re,  
*per l. 7. S. 16. b. 1. d. cap. ult. S. in aliis x. ut ht. non conseft.*  
*B.* *Coll.*

*Coll. J. A. ad d. tit. de reb. auct. jud. possid. num. 9. f. P. W.*  
*part. 1. tit. 13. pr. Bernb. Wurmserus l. 1. tit. 7. observ. praet. 6.*  
*num. 18. ubi opinionem hanc veriorem & com-*  
*muniorem vocat, nec refert sive in diem aliquid*  
*debeat d. l. 10. de verb. Signif. sive sub conditione d. l.*  
*10. add. Schütz. in Comp. Lauferb. ad h. tit. quib. ex caus. in possi-*  
*dat. lit. S.*

## THES. VII.

*Passivum utriusque Missionis seu Persona, in*  
*utriusque Miss.* **P**assivum utriusque Missionis seu Persona, in  
cujus bona sit hujusmodi Missio, est reus non  
comparens sed latitans, seu contumax, iudicio  
conventus. Inde non sit Missio in bonorum pos-  
sessionem, si quis plane non sit debitor l. 9. Cod. de  
Bon. auct. judic. possid. l. 12. pr. ff. cod. C. J. A. d. tit. num.  
4. Licet autem jure Canonico & hodierno absens  
citatus in loco contractus invitus comparere non te-  
neatur, per c. 1. §. contrahentes. de foro compet. in 6. Gail. l. 2.  
observ. 36. num. 14. Carpz. l. 2. resp. 30. num. 3. & seqq. Zanger de  
except. p. 1. c. 1. num. 123. B. Bardili de Competent. fori rat. con-  
tract. p. 1. g. 32. & 34. Si tamen bona ibidem habe-  
at, potest actor Missionem in possessionem pete-  
re d. c. 1. §. contrahentes. C. J. A. d. l. num. 8. & sq. Vulnus  
ad l. 2. Cod. de Jurisd. num. 27. Merv. de Arrest. cap. 12. num.  
4. Struv. ad ff. b. tit. 1b. 14.

## THES. IX.

Subje-  
ctum  
Miss. ex  
primo  
saltēm de  
creto.

**M**issionis verò ex primo saltēm decreto subje-  
ctum est etiam infans, furiosus, mente ca-  
ptus, pupillus, Minor, prodigus, l. 3. §. 1.  
& ibid. Br. l. 5. pr. & §. ult. ff. quib. ex caus. in poss. cat. B.  
Bardili d. Exere. 20. concl. 15. si à tutele vel alio non de-  
fendantur d. l. 7. §. 10. 11. 12. ff. quib. ex caus. in poss. cat.

& ibid. Br. Nam si de re ad pupillum pertinente agatur, non videtur pupillus defendi, si ipse se liti offerat, hoc exigimus, ut ab alio defendantur. d. l. s. 18 & §. ult. b. t. Struv. Exerc. adff. d. th. 28. Brun. tract. de proceſſori legitime inſtit. cap. 29. num. 4. Debent tamen prius citari tutores & cognati, & si qui alii fortè sunt, quos verisimile est defensionem eorum non omisſuros l. s. §. 1. d. tit. & pupillis alimenta ex bonis subministranda l. ult. pr. ff. de reb. aut. judic. possid. Br. d. 1. Müllerus ad Struv. d. 1. si autem poſteā defendantur, debet missus possessione decedere l. s. §. 2. & 3. quibus ex cauſ. in poſſ. eat. Struv. d. 1. & ibid. Müllerus add. & Coll. 1. A. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. num. 2. In horum tamen bona Missio ex secundo decreto non procedit l. 7. §. 9. & 12. b. t. Cūm enim ad Missionem ex secundo decreto requiratur fraudulosa contumacia, talisque dolus in infantem, furiosum, mente captum, & pupillum non cadat, quia non videntur latitare animo fraudandi, cum animus defit. dd. II. & I. 6. §. 1. eod. vid. B. Bardili d. Exerc. 20. Concl. 15. Minor verò & prodigus nec ad ſe defendantos legitimam perfonam ſtandi in judicio habeant ior. iii. Cod. qui legitimam perf. ſtandi in judie. hab. vel non hab. Proinde Miſſioni ex hoc ſecundo decreto adverſus eos non eſt locus per dd. II. & d. I. 6. §. 1. b. t. aut contractus descendat ex perſona ejus cui heredes extiterunt l. 3. §. 3: ff. qutb. ex cauſ. in poſſ. eat. Vinn. Jurispr. Contr. lib. 4. cap. 3. pag. 673. Diff. Müllerus ad Struv. ad ior. de reb. aut. jud. poſſid. th. 43. In Camera autem Imperiali nec ex primo decreto immiſſio haec in bona pupilli & Minoris, ſed ipsorum Tutorum & Curatorum, utpote penes quos citatos folos reſidet culpa, ut adeo contra pupillos & minores inſontes procedi non debeat, faci-

facienda est , ex Recesi. deputat. de Anno 1660.  
§. In dem Fall aber 95. Cammer : Gerichts : Ord-  
nung. part. 3. tit. 52. in fin. Job. Wolff. Texor in prax.  
Judic. part. 1. cap. 5. num. 17. add. Dn. Prae. de Contum.  
ib. 28. & 29.

## THES. IX.

Objectum  
Missionis  
utriusque  
in actione  
personali.

**O**bjectum Missionis utriusque , sive res in qui-  
bus fit Missio in ACTIONE PERSONALI sunt bo-  
na rei contumacis propria & aliena , in qui-  
bus ipse aliquod jus in re habet v. g. emphyteu-  
sis , pignus. vid. arg. l. 5. §. 7. ff. us in poss. legat. vel si-  
deir. serv. caus. esse lic. add. Bachov. ad Tr. Vol. 2. Disp. 24. lit.  
B. usus fructus l. 8. pr. de rob. aut. judic. possid. & ibid.  
Brun. jung. l. 8. §. ult. de peric. & comm. rei vend. etiam feu-  
dum ratione fructuum. Hinc feudum quod;  
debitor habet , quoad substantiam in distra-  
ctionem non venit , licet veniat quoad fructus feu-  
dales. Carpz. in jurupr. forens. part. 1. Constit. 32. defin. 2.  
Gail. l. 1. observ. 117. num. 7. C. J. A. d. tit. num. 4. nisi de-  
bitum cum consensu domini & agnatorum aut in  
utilitatem feudi contractum sit , nam & tunc feu-  
dum ad exsolvendum debitum distrahi debet. Harmo-  
Pistor. l. 1. quest. 15. num. 40. & Koppens decis. 39. Berlich. part.  
1. concl. 82. num. 18.

De jure  
veteri.

Et jure quidem civili , veteri scil. ff. & Cod. obje-  
ctum erant debitoris bona universa l. 1. ff. ex quib. caus.  
in poss. eas. l. 5. l. fin. Cod. de bon. aut. jud. possid. B. From-  
mann. in different. act. real. & person. Disp. 2. th. 2. Sirnu.  
Exerc. ad π. h. t. quib. ex caus. in poss. eas. th. 38.

Novo tamen jure , nempe Novellarum , quedam  
tantum bona , scilicet pro mensura & quantitate  
debiti declarati nach Maass und Grösse seiner erklärten  
und

Und liquidirten **Schuld** objectum constituunt, tia;  
ut si mihi debeantur, à contumace 20. judex me  
mittat non in omnia bona absentis adversarii, si  
sunt multa, sed in aliquam singularem rem valen-  
tem. 20. Nov. 53. cap. 2. §. 1. ibi, in possessionem. *Mittat*  
*actorem rerum ejus securum mensuram declarari debitis add. auth.*  
*inde desumta. Et qui jurat. Cod. de bonis anct. judic. possio. c.p.*  
*ult. S. in jurat. lib. fine x. usq. tit. non contest. & sanè, si certa spe-*  
*cies actione in personam petatur, haud dubiè in eam*  
*ipsum mitti oportebit. Vinn. Jurispr. cont. cap. 7. p. 672. quæ*  
*tententia & moribus invaluit, teste B. Lauterb. in diff. I. C.*  
*& W. part. 1. tit. 13. th. 13. B. Fromm. d. l. Müller ad Struv. adit.*  
*quib. ex caus. in poss. cat. th. 38. Et In Jure Prov. Wür. agni-*  
*ta est, cum aliqua tamen latitudine & excessu quodam,*  
*dùm ultrà quantitatem debiti principalis extendi pot-*  
*estin majorem expensarum refundendarum securita-*  
*tem in d. pari. l. iii. 13. §. 2. ibi, Und mwg solche*  
*Einsatzung in mehr Güter / dann die Haupt-Summa*  
*(von wegen des aufgelösten und noch auslauf-*  
*fenden Untossens) geschehen / als da die Forderung*  
*ein hundert Gulden wäre / mögte die Einsatzung in an-*  
*derthalb hundert / oder auch ziven hundert oder mehe*  
*Gulden werth Güter beschaffen, Diss. Struv. d. Exere. 41.*  
*th. 38. ibique Müller, Vultei. l. 4. cap. 6. num. 14. qui non*  
*Missioni sed distractioni modum esse positum in di-*  
*cta Novella volunt, v. d. & Mer. part. l. decis. 47. num.*

4 Hoc autem, quod hodie Missio non amplius fiat  
in bona univerfa, intelligendum regulariter; fallit e-  
nim in hereditatis petitione, & persecutione extra-  
ordinaria fideicommissi universalis, ubi in bona e-  
jusmodi universa sit Missio l. 28. vers. & quemad nodum  
de reb. auth. jud. possid. C. l. A. d. tit. num. 4. & lib. 29. tit. 2.  
ib. 29. Müller. ad Struv. d. l. & d. Brun. ad l. 3. §. siv. th. tit.  
Idem quoque alias in cautione fideicommissario u-  
niversali præstanta a fiduciario id detrectante, ob-

tinet C. I. 4. d. l. nisi post menses sex à petitione cattionis lapsos, Missio in bona heredis petatur l. o. C. ut in poss. leg. vel fiduc. in quo casu id saltem pro quantitate fideicommissi procederet. Nov. 13. t. 4. s. & d. c. ult. §. ult. B. Grave in add. poss. th. 12. add. Müller ad Struv. d. l. Exec. 36. th. 55.

## THES. X.

In actione  
reali.

**I**N REALI verò, seu in rem actione objectum non sunt omnia bona, sed petita tantum l. 7. §. 17. & seq. quib. ex caus. in poss. eat. cap. fin. x. ult. non contagi. B. Frommann. d. l. th. 13. Struv. ad π. b. t. quib. ex caus. in poss. eat. th. 38. vid. C. J. A. d. tit. 24. Mer. part. 2. dec. 82. & 398. item part. 6. dec. 214. Fit autem & in bona universitatis seu communia, missio ex primo & secundo decreto, si universitas vel Collegium aliquod non defendatur l. 1. §. 21. cuius quod cuncte universit. nom. & ibi Brunn. C. J. A. d. l. B. Lauterbach. diss. de Syndic. th. 67. & 68. Müller ad Struv. d. l. Jure Provinciali Würtembergico instar primi decreti in hypothecam fit immisso. Besold. ad I. P. W. diss. 1. th. 141. modò hypotheca adhuc existat in manu & possessione debitoris; si enim ea à tertio possideatur immisso sinistre (widerrechtlich) petitur, cum Jus Prov. Würtemb. in Part. 1. tit. 75. von Angriff / Pfandung der Güter ratione hujus immissionis expressè debitoris mentionem faciat. p. 205. §. So dann der Glaubiger nicht / sondern der Schuldner selber die bestimte und verschriebene Unterpfand noch in seinen Händen oder Besitzung hätte: Et quia in tali dispositione à Jure communis receditur, cum jure civili nulla instrumenta etiā liquida & indubitata paratam habeant executionem l. 1. & 2. C. de exec. rei judic. l. 9. C. de obl. & ait. sed ad illam

lam in  
ambag.  
lo. posse  
fatus §.  
ma ve  
atio h  
contra  
pign. &

F  
1  
saftem  
securit  
nae cut  
ff. b. 1.  
§. und  
decret  
veram  
decret  
num. 18

A  
gnitio  
& sum  
decre  
irr. leg.  
est pr  
actore

lam in personalibus pariter & realibus actionibus per  
ambages pervenire solenne semper fuit l. 51. de pecu.  
lo. post plures B. Lauferbach. in diff. ad h. tit. proinde præ-  
fatus §. potius strictè interpretandus, & ultrà clarissi-  
ma verba non extendendus erit; sed tunc potius a-  
ctio hypothecaria locum obtinebit, quâ pignus  
contra quemcunque possessorem persequimur. l. 13. de  
pign. & hypoth.

## THES. XI.

**F**orma Essentialis Missionis ex primo decreto Forma of-  
consistit in ipsa vi inducendi actorem in bona sentialis  
rei contumacis, ut ipse actor unâ cum illo ea Missionis  
salmem custodiat & conservet in majorem debiti sui ex primo  
securitatem, indequè reus tandem odio diutur-  
decreto.  
næ custodiæ affectus compareat responsurus. l. 1. l. 12.  
ff. b. 1. l. 15. §. 3. de damn. infect. J. P. W. pars. 1. d. tit. 17.  
§. und hat der Kläger. Missionis autem ex secundo & Missio-  
decreto consistit in ipsa vi conferendi sive adjudicandi nis ex  
veram possessionem actori, qui jam ante ex primo secundo  
decreto in bona est missus dd. xxx. Wurmser. d. obs. decreto  
num. 18. de quo infra opulentius.

## THES. XII.

**A**ccidentalis Missionis ex primo decreto confi- Acciden-  
stit in præcedentibus & concomitantibus: E- talis Mil-  
am præcedentia sunt (1.) decens cause co- sionis ¶  
nitio, an nimirum reus vere sit contumax dd. xxx. primo  
& summaria etiam, an actori competit actio: (2.) decreto.  
decretum seu sententia interlocutoria. Casar Concord.  
ter leg. un. Cod. si de momentan. poss. quest. 17. num. 1. quæ  
est pronunciatio judicis competentis de mittendo  
actorem in bona rei ante litem contestatam contu-  
macis

macis, ut unà cum illo ea custodiat. (3.) Jussus ipsius judicis ad apparitores de exequendo hoc decretum, jussus qui decretum illud sequitur, nec hoc decretum jure communi ullam novam citationem requirit, sed contumacem esse sufficit reum, in causa principalia aut eum peremptoriè citatum, arg. Novell. 13. c. 4. § 1. post. ult. urm. ser. lib. 1. obj. 5. c. 66. num. 25. B. Lauterbach. ad. J. P. W. lib. 1. iii. 13. lib. 22. Jure autem Würtembergico præterea requiriatur, ut reo Missio hæc facienda ad videndum & audiendum Missionem in possessionem, vel contradicendum, cur Missio in possessionem fieri non debeat, legitimè denuncietur & citetur. J. P. W. d. pârt. 1. iii. v. §. doch soll. 74. in fin. & ibi laud. B. Lauterb. cuius rei ratio in eo est; ut scil. nec hoc in casu conqueri possit, se nimis esse præcipitatum, & ut, tunc adhuc latians ordinariamque juris viam in decidendis litibus subterfugiens majori in mora ac contumacia constituantur, atquè sic majori jure postmodùm puniendus veniat. B. Lauterb. d. l.

## THES. XIII.

Conco-  
mitantia.

**C**oncomitantia sunt, quòd nempe inductio in dicta bona fiat corporaliter per apparitores. arg. cap. 1. X. b. 1. l. 2. pr. l. 7. ult. ff. ex. quib. cauf. in poff. eat. & quoad actionem personalem in bona (uti alias observatur in executione, & describitur in l. 15. de re judic.) primum mobila, & si nulla, vel non sufficientia adsint, in immobilia vid. c. ult. §. ult. circa fin. ut lit. non contest. ac tandem in incorporalia, nomina scil. captis chirographis ac instrumentis obligationum, & dum judex prohibet debitoribus, ne solvant Garl. 1. obj. 11. num. §. 9. Carpz. Part. III. confit. 23. definit. 8. num. 2. & segg

THESES.

## THES. XIV.

**F**orma accidentalis Missionis ex secundo decreto consistit itidem (1.) in decenti causa cidentalis cognitione, an videlicet in reo contumacia Missionis fraudulosa. l. 7. §. 2. & 3. h. 1. & per spatium annum ex secundo decreto continuata verè adsit, summaria quoquè de ipso negotio seu an etiamnum actor jus habeat agendi. *vid.*  
*Brun. de process. fori legit. inst. cap. 4. num. 14.*  
(2.) in citatione nova adhanc cognitionem, vel tri-  
na dilatoria vel una peremptoria. *arg. d. h. 7. §. 1. ff. quib.  
ex caus. in poss. car. l. 8. Cod. quomodo & quando ju-  
dex. Wurmser. d. obs. 6. num. 18. Vulci. de judic. l. 2. c. 6.  
